



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1691

Disc. XLVI. Florentina devolutionis. De purgatione moræ ex æquitate canonica ob canones non solutos quando intret necnè; Et an justa credulitas solutionis canonum per procuratorem, vel colonum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

set, quod non possent domum vendere, alienare, aut in alium transferre, undè cum verbum alienare positum esset in medio inter venditionem & translationem in alium, intelligendum est de simili specie alienationis veræ & formalis, per quam res de uno in alium transferatur, ut per *Gratian. discept. 594. n. 7. ex Alex. cons. 155. n. 1. & seq. l. 2. Rot. dec. 8. n. 3. & 4. par. 3. recent.* ubi quod si verbum alienare positum est inter venditionem & alium actum inter vivos in prohibitis & odiosis intelligendum est de consimilibus alienationibus per actus inter vivos, secus autem in permissis & favorabilibus & de quo non semel *sub tit. de fideicommissis præsertim in Parmen. fideicommissi de censuris.*

Secundò quia stante pacto de retro vendendo adjecto in impositione census, cui illud est ex Bulla Pii hodie connaturale, & multò magis, stante ejusdem pacti exercitio re integra, & antequam caducas acceptaretur, quæcumque pœna cessat, ut punctualiter *Seraph. de devolutione. 79. n. 11. & clarus. dec. 819. nu. 3. cum seqq.* ubi evacuatur difficultas in præcedenti excitata, dictæque decisiones reputantur in materia magistralis, atque earum veritas admittitur in *Romana devolutione pro Monasterio S. Agathe. disc. 40.*

Tertiò quia, quicquid sit de emphyteusi privata, in qua rigorosius juxta civilitarum opinionem proceditur, in illa tamen Ecclesiæ, quæ æquitatem servare tenetur, ubi ejus jure per talem actum effectum non est deterius, de facili inræt pœnæ excusatio, *Seraph. de dev. 79. n. 11. & Fulgin. dicta. quest. 1. n. 117.* Et quare demum, quia cum ageretur de antiqua concessione anporitur, & ultra, ad effectum pœnæ opus esse ex parte agentis doceri in alienante seu imponente censum, & scientia hujusmodi prohibitionis, nam alias ignorantia, cum ex tanta temporis antiquitate, absque dubio sit probabilis, & justa, excusata à pœna, secus ubi est omnino inverisimilis & affectata, ut apud *Seraph. de dev. 79. n. 12.*

Neque scientia per actorem deducta ex solutione canonum attendenda erat, quia ex hujusmodi actu, vel etiam ex aliis resultantibus petitionibus consensus, seu recognitionibus in dominum induci quidè potuit in possessore scientia dicitur dominii Ecclesiæ, quodq; domus esset emphyteutica, non inde tamè inferri posse dicebam ad scientiam antiquæ investituræ & dictæ prohibitionis in ea cõsentia, cujus certa, specifica, & individua scientia requiritur, cum in pœnabilibus & ad effectum gravis præjudicii scientia præsumpta non sufficiat, quoties præsertim allegata ignorantia est probabilis ex copiose deductis per *Aden. ad dec. 542. par. 4. rec. tom. 3. ex n. 92. ad finem.*

Quoverò ad aliam alienationis speciem resultantem ex assignatione domus in dotem, dicebam quoque minus subsistentem esse prætensionem, Tum quia etiam in casu quo adest prohibitio, adhuc constitutio dotis, ubi res datur inæstimata in subsidium, & aliis bonis deficientibus licita reparatur, ex deductis per *Mantio. de tacit. lib. 22. tit. 28. n. 39. Fulgin. d. tit. de alien. q. 13. n. 261. & seq. & admittitur in Romana vinea 27. Aprilis 1646. & 7. Junii 1647. coram Corrado quatum secunda est dec. 73. par. 10. rec. & in Romana domus 20. Maij 1647. coram Pentingerio impress. post Sala. in labyrinth. dec. 33. & dec. 55. d. tit. p. 10.*

Tum etiam ex triplici circumstantia, Prima nempe quia non agebatur de dote data personæ extraneæ sed nepri ex filia, quæ erat posseditricis legitima, succeditrix, undè potius dici potest species rotationis, quæ tanquam præventiva successio etiam in feudis aliisque strictius alienari prohibitis est

permissa, ut habetur *sub tit. de feudis in Romana sen Rossanen. disc. 21. & in alia Romana pecuniaria eod. tit. disc. 76.* Et altera, quia non data fuit ipsa sola domus, sed universitas omnium bonorum, sub qua accessorie, & tanquam ejusdem Universitatis pars seu membrum dicta domus veniebat, quo casu prohibitio cessat, ut habetur in proposito alienationis feudorum seu bonorum jurisdictionalium sub cessione hereditatis vel successione in *Tiburina alienationis castrorum d. tit. de feudis disc. 68.*

Et habemus in materia iurispatronatus, quod absque simonia labe vendi non potest, quinimò neque sine Ordinarii consensu donari, & nihilominus venit sub contractu venditionis castri, vel alterius universitatis bonorum, etiam si expressa fieret mentio, quoties hæc non est principalis, & ut principaliter illa in contractum pretio mediante deducatur, sed accessorie, seu demonstrative, & gratia declarationis ejus, quod jam sub universitate inest, & venit, ut in sede hujus materiæ sæpius est deductum.

Et tertia demum, stante statuto Urbis per quod expressè disponitur bona emphyteutica dari posse in dotem; Quamvis enim replicaretur *Rotam in dicta Romana domus coram Pentingerio dec. 55. par. 10. rec. alias 33. post Salgad.* firmasse hujusmodi statutum utpotè laicale non comprehendere bona de directo dominio Ecclesiarum, recedendo à motivatis in alleg. *Romana vinea coram Corrado dec. 73. e. ad. par. 10.* Dicebam tamen, quod quicquid sit de hujusmodi opinione, in qua residet Rota moderna, quod statuta Urbis non ligent Ecclesias vel personas Ecclesiasticas, cum negari non possit esse articulum juris satis controversum, ut præsertim habetur in *Romana pecuniaria de Sancta Cruce sub tit. de dote disc. 22.* idcirco id abundare videbatur ad inducendam justam causam excusantem à pœna, pro qua evitanda quælibet causa quamvis levis & opinata sufficit, ut sæpius firmavit Rota, præsertim in his terminis emphyteuticis in *Romana domus 13. Jan. 1662. coram Albergato de qua causa sup. disc. 41. præsertim quia constat etiam ipsam Rotam in hoc variasse & dubit. esse, undè fortitè se decipere potuit simplex mulier hujusmodi subtilitatum ignara, causa verò absque judiciali determinatione per concordiam terminata fuit.*

FLORENTINA DEVOLUTIONIS

PRO

MENSA ARCHIEPISCOPALI,

CUM

P A Z Z I S.

Causa pendet in Rota.

De purgatione moræ æquitatè canonica ob canones non solutos quando intret necne; Et an justa credulitas solutionis canonum per procuratorem vel colonum excuset.

excuset, Et an in hoc differant feudum & emphyteusis.
Sententia lata super caducitate ad favorem domini an admittat appellationem suspensivam, & quod ubi accedit Constitutio Synodalis illam excludens.

S V M M A R I V M

- 1 **C**ausa controversa.
- 2 An sententia super devolutione sit appellabilis vel executiva.
- 3 An per Constitutionem Synodalem tolli possit appellatio suspensiva.
- 4 Negativa solutionis canonum dicitur probata eo ipso, quod emphyteuta illam non probat.
- 5 De differentia inter feudum & emphyteutam circa caducitatem ob canones non solutos.
- 6 Deficientia à solutione canonum ad effectum caducitatis debet esse ex malicia & culpa, non ex errore.
- 7 Intellige, si error sit iustus.
- 8 An coheres vel confocius excusetur à caducitate, quia credat coheredem solvisse.
- 9 Quando dicatur iusta credulitas.
- 10 De purgatione moræ.
- 11 An detur adversus pactum.
- 12 De dicta purgatione cessante ex consuetudine.

DISCURSUS XLVI.

ADVERSUS illos de Pazzis quædam bona possidentes de directo dominio mensæ Archiepiscopalis Florentinæ in vim concessionis continentis expressam legem, ut deficientes à canonis solutione per biennium, caderent in commissum, ob dictam canonis non factam solutionem, syndicus mensæ devolutionem intentavit, atque sententiam ab ipsa Curia Archiepiscopali, cum subsequuta executione obtinuit, Unde introducta desuper causa in Rota, de duobus erat disputatio, licet ad eam adhuc deventum non sit, forsan vel ex concordia, vel ex aliis prudentialibus moribus. Primum nempe super attentatis à dictis de Pazzis prætentis, quasi quod in causa appellabili non liceret ad executionem procedere, Et secundo super meritis negotii principalis, quia vel iusta executionis causa concurreret, vel in omnem eventum locus esset purgationi moræ cum celeri canonum oblatione.

Pro mensæ Archiepiscopali scribens, quatenus ad primum punctum pertinet, dicebam controversum esse apud DD. an huiusmodi sententia lata ad favorem domini super caducitate admittat appellationem suspensivam, ut constat ex deductis per *Contardum in l. unica Cod. de momentan. poss. q. 15. Dec. cons. 28. Fulgin. de emphyt. tit. de divers. quest. q. 2. Rot. dec. 857. par. 4. divers.* apud quos verius probatur, quod ubi devolutio non deducitur principaliter, sed incidenter in alio iudicio sui natura non appellabili, quod de possessorio magis sapiat, non intrat appellatio, quæ sine dubio intraret, ubi deduceretur principaliter, quia tunc esset formale petitorium, atque ita servat praxim Curie, quia prætentente domino, vel ex capite lineæ finitæ, vel ob cationes non solutas, factum esse locum devolutioni, non principaliter ista deducitur, sed incidenter in iudicio associationis, quod iuxta sententiam, tam in Rota, quam

in Signatura iustitiæ receptam, attenta etiam dispositione juris canonici non admittit appellationem suspensivam, ut per *Menoch. de adp. s. rem. 5. per tot. præsertim nu. 143.* & admittitur tanquam certum in *Bonon. fideicommissi de Amorinis 26. Aprilis 1660. coram Priolo*, ubi dicitur intrare appellationem suspensivam ob mixturam petitorii, & ita sæpius tanquam inconcussam practicavi in Signatura, ex ea clara ratione quod habens potestatem capiendi, exercere potest hanc facultatem auctoritate propria, iudicis autem factum adhibetur ex urbanitate pro sola associatione, & concessione familie tanquam actus extrajudicialis, unde plurimum sententia est, de stricto iure vera, in praxi tamen non recepta, quod neque requiratur partis citatio, ex deductis per *Rovit. prag. 1. de conservator. latè dec. 73. nu. 22. par. 10. rec. dummodò non adhibeatur forma iudicii, ut latè eadem dec. 73. nu. 23.*

Et nihilominus in proposito dicebam sufficere articulum esse dubium habentem opiniones hinc inde, ita ut opinio appellationis exclusiva dici non valeat contra jus, ad effectum ut operativa præter dubitationem remaneat Constitutio Synodalis ita expressè disponens; Controversum etenim pariter est inter DD. an per Constitutiones Synodales Ordinariorum tolli possit appellatio, aliquibus affirmantibus, aliis verò negantibus, & quorum opinionem sequitur Rota, quamvis & ipsa aliquando variaverit, quasi quod locorum Ordinarii non tribuatur disponere contra jus, ut ita sequeretur tollendo appellationem, quæ de iure competit, ut constat ex deductis per *Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. in annotat. contra nullitates nu. 213. Larcellotti. de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 48. Garz. de benef. par. 9. cap. 4. n. 30. Sperell. dec. 85. nu. 4. & sequi. adden. ad Buratt. jud. 139. litt. A. Mele vitana Marf. iallatus 10. Decembris 1642. Dunozeo, inter suas dec. 690. & in aliis pluries.*

Ubi enim articulus est dubius, ita ut utraque opinio sit probabilis, statutum, vel lex mandans unam potius quam alteram opinionem servari, non dicitur contra jus, neque ab ejus dispositione exorbitans, sed potius secundum jus, ita intellectum juxta unam opinionem, vel saltem præter jus, ita ut istud si non assistit, attamen non resistat; Ideoque huiusmodi leges editæ per recognoscences Superiorem tali casu attendenda videntur, quia non est de novo disponere, sed magis unam, quam alteram opinionem in praxi admittere, & sic solum removere difficultatem, alias ex Doctorum varietate militanem juxta *dec. Putei 241. lib. 2. cum concord. congestis per annot. ad dec. 20. par. 3. recent. num. 39. & sequ.*

Quo verò ad iustitiam, seu merita negotii principalis, fundata dicebatur intentio mensæ eo ipso quod ex parte emphyteutæ non docetur concludenter de solutione, quam domino tanquam creditori sufficit simpliciter negare, ut quoad eum negativa probata dicatur, ut ultra generalia in quocumque creditore deducta per *Affl. dec. 91. Gregor. dec. 139. & per Rotam in Neapolitana pecuniaria 27. Januarii 1653. coram Melio*; In terminis specialibus emphyteusis est *Glos. magistralis in l. 2. verbo repellere C. de iure emphyt. ubi Bari. nu. 9. Bald. nu. 5. & ceteri congesti per Corbul. qui dubitare dicit de caus. privat. ob non solut. canon. q. 4. in prin. Fulgin. de emphyt. tit. de solut. can. q. 4. nu. 1. Altogr. ad. cons. 24. num. 60. lib. 1.*

Ex parte autem illorum de Pazzis tria deducuntur pro huiusmodi caducitate evitanda, Primum nempe, quod non ageretur de emphyteusi, sed de feudo

feudo, in quo ob canonem non solum de jure caducitas non intrat, secundo locum esse excusationi resultanti à justa causa credulitatis, quam ipsi non habuerunt super jam sequuta solutione, cum juxta consuetum illam demandassent colono, seu villico asserenti illum solvisse. Et tertio demum quod in omnem eventum eis ex æquitate canonica compereret admissio ad purgationem moræ stante celeri canonum oblatione, super quibus fundamentis examinandis principaliter in congressu Advocatorum mensæ insistentium dicebam, quia si eis non subsistentibus, Ecclesia bonum jus foveret, parum in substantia noceret, quod gesta per ministros possent de attentatis notari, quia esset inanis circuitus cum temporis beneficio superabilis; E converso autem, parum, vel nihil prodesset superare punctum attentatorum, si in meritis Mensa malum jus foveret, præsertim quia emphyteutæ, non obstante executione, de facto in possessione, & perceptione fructuum continuabant.

igitur pro veritate in dicto congressu, dicta tria motiva examinando, Quoad primum, mea sententia erat, quod licet verè termini feudorum in proposito non caderent, dum neque de feudo investitura loquebatur, neque juramentum fidelitatis in forma feudi, vel aliquod servitium concurrebant, Nihilominus inanis remanebat quæstio, quia hæc differentia inter feudum & emphyteusim solum considerabilis est in ordine ad devolutionem, seu caducitatem ex sola juris dispositione resultantem, cum in emphyteusi sit expressè determinatum per *ant. qui rem C. de Sacr. Sanct. Eccles. §. seire auben. de non alien. cap. potuit extra locati. cum concord.*

In feudo autem est satis controversum, aliis simpliciter affirmantibus, aliis simpliciter negantibus, aliis verò distinguuntibus, an concedens feudum respexit magis ad realem præstationem, quam ad servitium, seu ad beneficium & gratiam faciendam ut constat ex deductis per *Schrader. de feud. par. 9. cap. 6. nu. 75. Rosenb. eod. tract. cap. 10. conclus. 34. Facchin. lib. 7. contr. cap. 87. & est latius deductum in Urbevetana se. di. sub tit. de feud. disc. 5.*

Et in his terminis caducitatis ex solo jure resultantis, observabam loqui *Alexan. conf. 9. lib. 3. Mantie. de rati. lib. 22. tit. 4. nu. 15.* & alios, qui per scribentes in contrarium allegabantur, secus autem pacto seu conventionem expressa in eadem investitura accedente, quia ubi constat de voluntate partium, non curator de una, vel altera concessionis specie, seu qualitate, accessant omnes juris quæstiones & subtilitates, juxta regulam *rex in l. ille aut ille ff. de leg. 3. ut in specie tanquam absolutum supponit Rosenb. d. cap. 10. conclus. 34. n. 18. circa fin. vers. etsi contrahentes voluissent.*

Licet enim juxta opinionem negantium in feudis ex ista causa intrare caducitatem, dicatur id nulli jure feudorum cautum esse, non tamen aliquod jus habetur expressè disponens contrarium, cum regula negativa ex dicta altera parte deducta, fundetur solum in opinione Doctorum adhuc controversa ut supra, ideoque nil resistere dicebam, quin in conventionem id deduci possit, præsertim in feudis Ecclesiasticis, quibus exemplo feudorum Ecclesie Romanæ, quæ est aliarum caput & magistra, videtur hodie hujusmodi devolutio connaturalis, tam ex mente antiquorum canonum, juxta aliquorum opinionem, quam clarius ex Constitutione *Gregor. XIII.* ut latius deductum habetur in dicta *Urbevetana sub tit. de feud. disc. 5.* Undè propterea inanis omnino remanebat ista quæstio nominis, an scilicet

ageretur de feudo, vel de emphyteusi, seu livello, quia pactum omnem controversam dirimebat, ut etiam ponderatur in *Romana Casalis veteris 3. Maii 1653. Alberg. in fin. & de qua causa hoc eod. tit. disc. 13* quod ubi accedit conventio, nil refert inspicere an sit emphyteusis, vel locatio.

Non levem difficultatem mihi faciebat secundum fundamentum probabilis credulitatis habitæ per emphyteutas, quod solutio facta esset per colonum, seu villicum juxta communem loci consuetudinem, ac etiam individualem prædictorum, qui semper ita de præterito solvere consueverunt; Dicebam enim scribens tanquam Advocatus in cause disputatione respondendo ad originalem *Theor. Socin. jun. in l. 4. §. Cato nu. 93 ff. de verb. oblig. firmitatem solutionis deficientiam requiri ex culpa, seu malitia, non ex errore vel credulitate, quæ excusat, & quam sequuntur Corbul. de privat. v. non solut. ampliat. 8. n. 22. Mantie. de rati. lib. 22. tit. 27. numer. 26. Gratian. discip. 675. nu. 23 Fulgin. de solut. canon. q. 1. num. 81. & Rot. apud Buratt. dec. 924. decis. 896. p. 4. divers. 92. p. 3. rec. in d. Romana Vineæ 7. Junii 1647. Corrado dec. 73. par. 10. rec. Romana domus 27. Februarii 1647. Celfo inter suas dec. 15. Romana devolutionis domorum 3. Junii 1652. Perospio & in aliis.*

Id procedere dummodo credulitas sit probabilis & justa, non autem improbabilis, & malè justificata, quia nimia credulitas, seu simplicitas in credendo, dicitur potius culpa & stultitia ad *rex. 7 in l. 1. §. dolum ff. de eo per quem factum erit, ac dicitur potius affectata ignorantia, quæ non excusat Castron. conf. 295, aliàs 296. lib. 1. num. 1. cum sequen. Tusch. verbo credulitas conclus. 1071. num. 1. & 2. præsertim ubi non agitur ad effectum pænæ personalis, sed de solo interesse pecuniario, quo casu credulitas non sic de facili excusat ex deductis per *Farinac. q. 90. nu. 65.**

Undè in terminis specialibus deduci posse insinuabam, ea quæ firmant DD. de cohærede, vel socio non excusando à caducitate incurta ob non solutionem integri canonis, quamvis propriam portionem solvisset, ex eo quod crediderit cohæredem, vel consocium suam portionem solvisse, juxta *Theor. Alex. d. §. Cato, quam communem & sequendam dicunt idem Socin. jun. ibidem nu. 88. & seqq. Corbul. d. ampl. 8. & ampl. 33. Fulgin. de sol. can. d. q. 1. nu. 80. qui alios adducunt, nam aliàs de facili huiusmodi contumacia pænâ eludi possent, cum sola assertionem credulitatis, quod famulus vel minister solvisset, cum contrariæ auctoritates superius deductæ procedant cum certo præsupposito probabilitatis, & præsertim apud *Buratt. dec. 622. quæ erat proxima utpotè loquens in terminis præcis credulitatis super solutione facta à villico probabilis, reputata fuit credulitas, eo quia villicus ostendebat quietantiam, cui dominus credere potuit, quamvis illa, vel non 9 esset vera, vel personæ non essent legitimæ.**

Ut enim ut egregiè observat *Castron. d. conf. 295 nu. 1. lib. 1. si quis credit simplici assertioni alicuius, malè agit, secus si credidisset portanti scripturam, quamvis ea esset falsa, sive quod credulitas justa & probabilis dicenda esset, ubi crederetur viro probè verisimiliter fide digno ex plenè deductis per *Farinac. d. q. 90. ex num. 109. & in his terminis loquitur Socin. jun. d. theoretica auctor. quia creditum fuerat cohæredi & condomino, cui probabiliter credendum erat, dum ad ipsam spectabat solvere propriam portionem, atque credens notari non poterat de focordia, vel affectata negligentia, dum diligentiam adhi-**

adhūerit interrogandi hāredem, an propriam portionem solviffet.

Verūm fatis dubitabam, quod Rota, quæ in hac materia cum magna æquitate & circumfpectione procedere folet, admittendo quamcumque excufationis caufam quamvis levem, ut conftat ex deductis in Romana domus coram Albergato hoc tit. difc. 41. & ex aliis, Vel de facili dictam excufationem tanquam probabilem admitteret, ftante confuetudine, tam generali, quam particulari, quod hujufmodi folutiones per villicos, feu colonos fieri folet, Vel faltem hoc efferet motivum ad mittendi facilius moræ purgationem, ac non admittendi motiva inferius deducenda, ex quibus in propofita facti fpecie dicta purgatio deneganda efferet, ita ut quando hæc duo motiva fingulariter confiderata credi poffent fuperabilia, unita tamen videbantur magni ponderis, atque mihi magnam difficultatem inferebant, undè bona efferet cautela, quod in futuris conceffionibus feu renovationibus ad hujufmodi artefe feu excufationes removendas, lex adiiiceretur fuper modo faciendi & refpectivè iustificandi canonum folutionem.

Demum profequendo difcrifum, quoad tertium fundamentum purgationis moræ, dum agebatur de emphyteufi Ecclefiaftica, & in foro Ecclefiaftico, præfertim in Rota, & Curia Romana, cum nimio benignitatis exceffu in hac materia procedente, vānum prorsus credebam hujufmodi purgationi fe opponere, quatenus ageretur de caducitate ex fola juris difpofitione refultante, quia receptum omnino efferet, illam admittendam efferet, rejeclis diftinctionibus, feu limitationibus, per alios traditis, vel fuper adjeclione certæ diei, per quam vera mora iuraretur, vel per juramentum, fub cuius fide emphyteuta ad folutionem fe obligavit, quia his non obftantibus paffim & indiftinctè hujufmodi purgatio admittitur.

Sed quia in præfenti caducitas refultabat, non ex fola juris difpofitione, fed ex conventionem expreffā, quā concurrente, quamvis Capuaq. dec. 235. par. 2. dicat, etiam tali cafu attenda canonica æquitate fupereffe aliquam difficultatem fuo tempore adhuc non decifam, nihilominus postmodum, opinionem de jure civili, & in emphyteufi laicali paffim receptam per DD. late congettos ab Alcegrado. d. conf. 24. nu. 70. procedere etiam de jure canonico firmavit Rota apud Gregor. dec. 559. num. 6. ubi adden. & dec. 203. num. 19. & 20 par. 6. rec. & in Arimnen. manutentionis 1 Julii 1647. coram Giflerio impref. apud Poft. de fubhaft. dec. 211. in addit. & repetit. dec. 112. p. 10. rec. in quibus firmatur moræ purgationem non dari adversus refolutionem proficifcentem ex pacto, quia in effectu non efferet pœna, fed efferet conditio, & fic non odiofa, fed favorabilis, Gravian. difcep. 786. in fin. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 123. nu. 66. Cyriac. controuv. 239. nu. 18. & 240. nu. 17. & cum feqq.

In hoc tamen advertēbam, infpiciendam efferet investituram, an fcilicet caducitas conventa efferet fimpliciter, ita ut efferet nuda expreffio ejus quod de jure inerat, vel concepra efferet per viam pacti refolutivi, ita ut conftaret partium intentionem fuiffe aliquid plus addere difpofitioni juris, illamque alterare, quia fi efferemus in primis terminis, credebam adhuc purgationem admittendam fore, quia promiffio tanquam expreffiva ejus, quod de jure inefferet, facta cenferur ejus natura retenta, nec de facili renunciatio beneficii aliis competētis fubintelligenda efferet.

Magnam vim ad Menfæ favorem mihi faciebat præfuppofita obfervantia, feu confuetudo hujus Menfæ Archiepifcopalis non admittendi hujufmodi purgationes, Tum ex regula generali, ut confuetudines in ifta materia latè attendendæ fint, ex deductis per Corbul. de cauf. priv. at. ob non folv. limit. 2. & Fulgin. de fol. can. q. 1. nu. 4. & feqq. Tum clarius ex particulari ratione, quæ femper apud me prævallet, quod fcilicet major pars reddituum iftius Menfæ, ex quibus Archiepifcopus feipfum altere, Ecclefiam providere, & pauperibus elemofinas fuppeditare debet, confiftunt in hujufmodi canonibus feu livellis, ut plurimum folvendis per viros nobiles & potentes, præfertim quando hæc Civitas erat in ftatu Reipublicæ: Undè ad effectum, ut promptè folutiones fequerentur, rationabiliter hujufmodi confuetudo inducta efferet, nam aliàs debitores & rendentes, ex hoc beneficio purgationis turti à periculo caducitatis, & amiffionis bonorum, nunquam voluerent, atque Archiepifcopus neque fibi, neque Ecclefie & pauperibus interim providere poffet contra omnem iuftitiam, & æquitatem, ita ut illa æquitas ex qua hujufmodi beneficium refultat, redoleret manifeftam iniquitatem, Et multò magis accedente pacto expreffo, adversus quod intrare non folet æquitas, quia iniquitas efferet non æquitas tollere pacto, & exrendere confenfum præter intentionem Merlin. dec. 567. quæ efferet repetita 162. nu. 63. & feqq. p. 6. rec. Atque ex hoc motivo confuetudinis utpotè peculiari, dictamque particularem rationem habente credebam, etiam pro veritate, poffe folidius hujufmodi caufæ victoriam per Menfam Archiepifcopalem fperari, licet ob non fequitam difputationem non omnino maturum iudicium pro veritate efformari potuerit.

BONON, BONORVM
EMPHYTEUTICORUM
DE MALVASIA
PRO
FRANCISCO MARIA MALVASIA
CUM
ANTONIO JOSEPHO EJUS FILIO.

Cafus decifus per Rotam pro Francisco Maria.

Conceffio emphyteutica facta alteri, quam ei, cui debita erat renovatio, An fubftitueatur ifto non clamante, Et quid ubi uxor, cui renovatio debebatur, paffa efferet virum investiri, An actus dicatur invalidus, tanquam continens prohibitam donationem inter cojuges.

Et an nova investitura alicui conceffa post incurfam caducitatem ob canones non folutos, verè dicatur nova, & ad quos effectus.

SUMMA.